

inconsensu iudicum conspectuq; produxit,
quos cum laturis sententiam disceptatoribus
oratione flebili commendare fractae affec-
tu omnium mentis & inclinatae sunt; quid plu-
ra factum est ut inflexis cunctorum sensibus
dare & misericordia humanitati quicquid
ambitioni ueritas denegaret. O affectus hu-
mani quanti estis, quantum ualeatis, quid iam in iu-
dicio ius habere potueritis. discite oparentes
carissimos (uenia ueridictum sit) discite uel hoc
saltem exemplo frangat quem molliri: certe & iam
illic misericordia ualuit, ubi locum esse misericordiam
non licebat. Laturos sententiam iudices quin ipse
se nisi exueritatus officio pronuntiaturos esse
iurauerant, excludere tamen misericordiam
nec post sacramenta potuerunt, intantum hu-
manitate moti, ut dum alieno negotio consulunt,
suum paene obliuiscerentur. nihil uos durum
nihil insolens deprecamur, ueris uos praestare
quobis, quod praestiterunt illi extraneis con-
trase. Certe nec causa illic iustior. nec persona
carior. nec audientia humanior. nec orator
gratior fuit; illic agebatur pro crimine, hic pro
affectu, illic pro extraneis, hic pro filio, illic